

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

De actibus variarum virtutum & multiplicatione meritorum. Cap. X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

tionem commendandam Deo; tumultus à loquacitate iactare. Verè tales plurium orantium & se interpellat impreces appellari possunt, vt loquitur S. Gregorius Nazianzenus, laudans S. Athanasium, voces lingua aduersariā, hominum sese ingredi superare contendentium. Quod & Deo displaceat, & religiosas aures offendit.

Orat. 11.

CAP.VT DE C I M V M.

De actibus variarum virtutum, &amp; multitudine applicatione meritorum.

190.

**E**x ardenti desiderio promouendae diuinæ gloriae, non tam propter tuum spirituale commodum, & lucrum, quām propter Deum ipsum & gustum intimum Dei, quem percipit ex hominum probitate, assuefecit quādam auaritiā spirituali, in omnibus occasionibus cumulare spiritualia lucra meritorum, vt quantum per statum huius vitæ & occupationes tuas licebit, perpetuò. occuperis in operibus meritoris, hoc est, dignis augmento intrinseco in te diuinæ gratiæ, & premio post mortem, vt verè & humiliter dicere possis verba Domini & Salvatoris tui: *Ego que placita sunt ei, facio semper. Quoniam vero nullum opus iusti meretur augmentum gratiæ & gloriae (vt. prior est Théologorum sententia) nisi fiat expresse ob motuum aliquod supernaturale, idque libet, & sine vlo peccato corrumpe bonitatem actionis (quod tollit vel interrumpit meritum) ideo hoc tibi erit cordi, vt non casu & inconsiderate, sed cum reflexione piā, facias ob finem supernaturalem, quæ facis iuxta præscriptum S.P.N. Ignatij de rectâ intentione habendâ in omnibus rebus particularibus. Inter quædam monita B. Aloysij, quæ post eius mortem manuscripta inuenta sunt, hæc quoque erant:*

Reg. 17.  
summ.  
lib. 2. vit.  
cap. 5.

*Non modi tibi ab omni præto opere, verum etiam indifferente & inutili abstinentia est. Quin potius, quid propriis semper ad Deum accedas, in id omni studio incumbens, vt nullum factum, nullum consilium tuum, non à virtute distinet. Alteram, quo affectus tuos dirigas, hoc est, eo te religiosorem, magisq; pium futurum, quo vitam tuam diligenter, secundum rationes aeternas, minus vero secundum temporales gubernes, sic ut nihil ames, nihil desideres, nihil leceris, nihil oderis aut auferes, nisi pietatis causa, tibiq; persuaderis, hoc deum esse, religionem pietatemq; proficeri.*

Agg. 1. 6.

*Vero necessaria sunt monita hec, ne congregemus, vt monet S. Propheta, in facultum pertusum, perdendo multa merita, quæ possemus cumulare, recte agendo; quæ perdunt inconsideratæ viuentes. Multi enim, vt ait Seneca de virâ beatâ, sunt, quæ non eundum est, sed quod iur. Quocirca ut multum merearis;*

191.

*Primo, assuefecit non tantum actus virtutum supernaturalium elicere propter Deum, vel propter bonitatem, seu honestatem supernatu-*

*ralem, quam in se habent ( quanquam primus modus facilior est, & magis meritorius, si omnia facias pure propter Deum solum) sed etiam alios actus naturales, qui naturâ suâ non referuntur ad supernaturalem finem; vt sunt comedere, bibere, recreare se, dormire, surgere, lauare manus, scribere, caput alteri aperi, spuerare, fricare barbam, mundare vestem, lauare patinas, & his similes, qui ab hominibus ordinarie sunt vel casu, vel ob naturalem aliquem finem.*

*Praxis autem has actiones cum merito peragendi talis esse potest: Dum tempus surgendi est, proripias te citò ex lecto decorè, & violentè somnum extiendendo (quâ in te multum poteris mereri ob victoriâ naturæ, adhuc vteriorē somnum' quidè, expertantis) faltem mente solâ dic: *Domine, surgo, vel volo surgere propter te Deum meum: volo nunc diligenter mediari propter te Deum meum: volo vestem hanc expurgare a scindibus fetaceo propter te Deum meum: volo devotè Sacrum audire propter te Deum meum: volo attente stndere propter te Deum meum: volo ire ad scholas (dum autem pulsum) propter te Deum meum: volo repete lectionem propter te Deum meum: volo scriptam lectionem domi relegere propter te Deum meum: volo examinare conscientiam meam propter te Deum meum (dum datur signum ad examen) volo corpus meū tibi dicatum cibis resicere ( dum ad prandium, vel canam vocaris) idq; fabriè, & decenter propter te Deum meum propter te hoc volo comedere &c. propter te volo nomen Iesu in orbe, & patinâ expressum ante oculos haberi, & orbe & patinâ ita posita vis, vt illud SS. Nome in superiori parte orbis & patina appareat, tanquam in situ & loco digniore; volo me recreare religiose propter te Deum meum: propter te Deum meum volo ire ab repetitione, volo lauare scutellæ, seruire ad mensam, verrere hunc locum, exire ad deambulationem; propter te Deum meum. volo spuerare, vel spuo, frico me &c. volo parvum quiescere à laboribus propter te Deum meum &c. & ita singula offertri possunt: imò non solum offrendo, sed faciendo hæc omnia expresse tali animo, & intentione, sine reali obligatione peragendo, nullus omnino meretur augmentum gratiæ maius, quid majori cum affectu interno, & acta intentio obtulerit Domino: & adhuc maius, si valde accurate, diligenter, cum adficatione & fervore opus peregerit. His autem, qui magno studio vitant etiam leues imperfectiones, & cor ab effusione ad externas res custodium, dat Dominus talen gratiæ, vt dum ipsa opera exteriora peragunt, scilicet, dum seruant ad mensam, dum verrunt cubiculum, dum lauant in culinâ, dum scribunt etiam lectionem, actualem sentiant deuotionem tenerimam erga Deum filialis dilectionis, & tamen propter ea non errant in opere, quod habent præ manibus, imò illud perfectius peragunt. Dat talibus Dominus Deus noster practicam imitationem sui, quia sicut ille in perfectissimâ suâ diuinitatâ**

tis vi-

tis visione, & fruitione beata quodammodo  
immeritus, & ut humano modo loquamur, qua-  
si in se absorptus, attendit tamen perfectissime  
omnibus rebus humanis, ac si de re nullâ alia  
cogitaret ita diuina gratia beneficio Servi eius  
proportione quadam, cum imitantur in hoc,  
dum actualis denotio interior non impedit, sed  
perficit opera exteriora, & Maria iuuat Mar-  
tham.

192. Secundo. Præter communes actiones, & or-  
dinariam modum eas offerendi, adhuc etiam  
extraordinariam industriam circa res alias, or-  
dinatas quidem, sed ad quas non multi refle-  
ctunt animum, & spiritualia lucra non querunt.  
Adferam aliquot exempla huius lucri spiritua-  
lis, & modum crescendi in gratia propter gu-  
stum Domini Dei nostri, etiam in aliquibus re-  
bus vilissimis. Ex quibus exemplis, Spiritus san-  
cti innotione adiutus, plura per te inuenies &  
dilices.

Dum servus ad mensam, præscitim secun-  
dam, inde non discedas, nisi postquam omnes  
profici discesserint qui mensa accumbebant,  
etiamsi aliqui accumbentes verè non egeant  
tua operâ, eo quod omnia habeant necessaria.  
Id autem facies Christi personam in iis hono-  
rando. Nam si Christus accumbet, omnino  
pruis illo non discederes. Eodem tempore cu-  
rioso oculo, & avida animo circumspice, ne  
quid desit, & cum summâ animi alacritate pre-  
be necessaria, & præueni etiam petitionem eo-  
rum, non secus, ac Christo, vel S. Ignatio mini-  
strares, finem tamen huius diligentia non a-  
lium proponendo, quam gustum intimum, &  
cordalem, vt ita dicam, Domini tui. O quan-  
tum feruens anima pingueſcit tali modo lingui-  
tas actiones peragendolò quantis donis diuini-  
tus repletur talis diligentia in parvis rebus!  
Sciunt experti. Ita dum alterius loco imponitur  
tibi aliquid perficiendum, aut dum applicaris  
sepius quam alij ad officium aliquid vile, vel  
laboriosum, exulta, nec detrecta oblatam me-  
rendi occasionem. Dum in cubiculo deambu-  
las, quando te ad aliam partem vertere vis, caue  
ne tergū, sed faciem obuertas illi cubiculi parti,  
que vergit ad locum SS. Eucharistie proximum,  
idque expresso affectu reverentia & amoris erga  
Dominum Iesum in Eucharistiæ existentem.  
Dum Sacrum dicas, illud finiens, ita relinque  
omnia signa per funiculos illos sericeos disponi-  
tas, vtis qui successurus est, statim inueniat Mis-  
sam dicendam, & omnes orationes ad eam spe-  
ctantes, nec opus habeat vulum funiculum  
transponere, idque facias ex actuali, & expre-  
so affectu fraternali charitatis propter Deum.  
In fine comedionis, ita pone vitrum, cochlear,  
funiculas &c, vi is qui leruit, facilè sine cona-  
tu auferat è mensa. Sic dum potus deest, & is  
qui seruit vult infundere, offer ei cantharum, si  
longius ab illo remotus est, ne cogatur corpore

anterius infexo illum apprehendere cum ali-  
quo labore, quæ omnia facias expressè ex affec-  
tu pure supernaturali propter Deum tuum &  
gustum eius. Si in loca perfusa, & maculata in-  
cideris, ea munda ex simili affectu. Non tam as-  
picit Deus, quid facis, quam quo affectu & mo-  
do. Denique prædictæ in omnibus & singulis  
occasionsibus serua illud: *Quod tibi vñ fieri, alteris  
faceris, quantum per obedientiam & regulas li-  
cet.*

Terter. Quoniam meriti magnum fit incre-  
mentum ex intensione bonorum actuum, idèd  
da operam, vt si non omnes, saltem præcipuas  
actiones tuas, quæ Deum attingunt, valde ac-  
centi, feruenter, & cum summa, quâ potes, con-  
tentio facias, saltem in aliquâ parte, actiones  
diutius durantes, si non in totâ. Solet autem in-  
tensio actionis redundare etiam in corpus, &  
illud sensibiliter accendere, & piè commouere,  
& alterare. Nam, vt ait S. Thomas; *Fervor chari-  
tatis in hoc consistit, quod actus eius ex suâ vehemen-  
tiâ, usque ad permutationem inferioris partis redun-  
der.* Et, vt idem docet alio in loco, *Fervor charita-  
tis dicitur per similitudinem, secundum quod ad exte-  
riora quodammodo bulliendo refunditur.* Hæc hoc  
loco sufficiant, quoad multiplicationem meri-  
torum in operando, de quâ plura dicam in O-  
pusculo de negotiatione cœlesti.

Quarto. Magna est meritorum materia in  
mortificatione affectuum, non exequendo ea,  
ad quæ nos inordinatè impellant, sed contraria  
illis faciendo. Excelluit hac in re N. P. Balthasar  
Aluarez. Qui continuè se ipsum persequebatur, subi-  
negabat, quicquid natura appetere, non solum in rebus  
majoribus, sed etiam in minutissimis. Dicebat enim  
substantiam mortificationis in eo consistere, vt in rebus  
omnibus, etiam minimis, adhibeatur. Et hac continua  
sui mortificatione sustulit omnia profectus sui impedi-  
menta. Vicit passiones suas, & obtinuit Spiritus liber-  
tatem, sui ipsius & affectuum omnium tam exactum  
dominium.

## CAPUT VNDECIMVM.

*De vñ oris, labiorum, & linguæ.*

Indecorum est voce clamolâ vñ, quod S. Ber-  
nardus ex S. Benedicto, & Cassianus inter  
gradus superbiae ponit. Et tales sic tractare præ-  
cipit Quintilianus: *Sunt, inquit, quidam præduri  
oris, ut obrepent ingenti clamore, quos vt non imita-  
ri, uta acriter propulsare oportet.* Non spernenda est  
hæc modestia. Nam Spiritus sanctus inter Chri-  
sti laudes ponit: *Non contendet, neque clamabit, ne-*  
1a. 42. 2. Matt. 11.  
*que audiens aliquis in platea vocem eius.* S. Ioanni Da-  
masceno in Monasterio Laura, ob cantatum in  
cubiculo Sacrum Hymnum, à Magistro Noui-  
tiorum pena fuit iniuncta, sordium omnium è  
Monachorum cellis colligendarum & expo-  
s. 2. de in-  
st. mon.  
quiū